Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in perstitit. Sed illi plus maturius illi. Quanto
est simplicius. Quanto est prudentius beneficium
acceptum augere et sic extimare plus accipere
debui. sed illi facile non fuit plus dare diui
dendo liberalitas eius. parum fecit sed sepius
faciet. Illum in perduxit. et me multis. nullum est
tam plenum beneficium quod non uellicare malignitas
possit. Nullum tam angustum quod non bonus in
terpres extendat. Referre gratiam facile est
Si auarus sine impendio. Si iners opera eodem quo
que momento quo oblitus es. Si uis cum quolibet
paria fecisti. Quomodo qui libenter beneficium
accepit reddidit. Nam cum omnia ad animum refe
ramus fecit quisque quantum uoluit. et cum pie
tas fides iusticia omnes denique uirtus uel extre
re intra se perfecta sit. etiam si illi manum non li
cuit. gratus quoque homo potest esse uoluntate.
beneficium qui dat uult accipi grate. habet quod uo
luit. Si bene acceptum est et iam gratus sim. ad
fortunam uitor. Si illa inuita respondere non
possum. Sufficiat animus animo. Res inter alios geritur.
Excipe beneficium amplexare gaude non quod